

oula & talia quedam in quibus angeli nequaquam possunt comu-
nicare cum deo: Angeli enim creati sunt a deo: sed non simul
creant cum deo caelum & terram/ & quae sunt in medio. Et non
possunt dicere Saraceni/ quod pluralis illa vox est dei/ & cuiusdam
alterius intellectus qui excedit creatum: per quem fecit omnia
deus: Constat enim quod quicquid est praeter deum/ creatura est
& a deo creatum: & nulla creatura potest esse simul creatrix cum
deo. Item non possibile est dicere: quod deus pluraliter loquitur pro-
pter diuersas quae in eo sunt qualitates: sicut est potentia/ sapi-
entia/ iusticia: & talia quae Arabes vocant Saphat: Haec enim
non accidentia sunt in deo: neque differentiae: sed sunt in ipsa di-
uina essentia. Vnde in deo nullam compositionem nec plurali-
tatem faciunt: ut per illa deus de seipso pluraliter loquat. Quin-
imo nec homo/ nec angelus propter eorum differentiam/ potest
de seipso pluraliter loqui: & si haec in homine & angelo acciden-
tia sunt/ & quandam in his compositionem faciunt. Et vere ta-
lis locutionis modus/ deum videlicet unum existentem/ pluraliter
de seipso loqui/ semel a Moyse inuenit in Genesi illatus: In for-
matione enim hominis/ locutus est deus dicens: Faciamus homi-
nem ad imaginem nostram. Quod dicunt iudei/ vocem esse dei
ad angelos: Quod quidem est contrarium diuinae scripturae: quae
nunc dicit angelum secundum imaginem hominis formatum esse/ sed
secundum imaginem dei. Et hoc est quod etiam addit Moyses deinceps
post illos sermones dicens: Et fecit deus hominem secundum
imaginem & similitudinem suam/ secundum imaginem dei fecit eum.
Est igitur vox illa patris ad filium: vel totius trinitatis ad seipsam:
Vnus enim & simplex deus essentia/ trinus est in personis. Et
hoc dicere potuisset Alcoranum simpliciter: nisi timuisset posse
esse personarum discretionem discretionem secundum essentiam.
Propter hoc dicit in capitulo Elnesan: O societas libri/ ne vacetis
in lege vestra: & ne dicatis de deo praeter veritatem/ quod christus
Iesus filius est Mariae & Apostolus dei: & verbum dei/ quod
in ea posuit per spiritum sanctum. Ecce hic nominat deum/ & verbum
dei/ & spiritum sanctum: sed timens: ne propter haec diuina
essentia diuidatur vel multiplicetur vel terminetur: subiungit
statim: Et ne dicatis tres deos: quoniam deus/ deus unus est.
Ecce quantum appropinquauit ad illud quod est ma-

Aliud ar.

Geni. i. c

Ibidē. d.